



**Stavrologia Coloniensis**

**Gelenius, Aegidius**

**[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]**

XIL. † Varia Alia S. Crvcis monumenta, per diœcesin Coloniensem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

XIL. VARIA ALIA S. CRV-  
cis monumenta, per diœcesin  
Coloniensem.

**S**Vnt etiam complura alia, sanctissimæ Crucis dicata per diœcesin Coloniensem loca, à miraculis, opinione vetustatis, populi votis, supplicationibus, religiosâ obseruantia, atque indulgentijs Pontificum celebrata. Inter quæ numero Creutzberg, veterem prope insulam S. Swiberti pagum; de- **Creuz**  
inde aram, & crucem antiquam, in Col- **berg.**  
legiata Iuliacensi Ecclesia: pagum item **Rot-**  
Notberg prope Marco-Durum: & ibi- **berg.**  
dem pagum Creutzauv, & Wollers- **Gh.**  
heim à celebri processione festo inuen- **lich.**  
tæ crucis famosum. Sacellum quoque **Creuz**  
in arce **Bittelhouen**, subiectâ Dominio **aw.**  
familiae **Gersen** à **Singig**: Denique, **Wol-**  
Cruces propè innumeræ, quas per vni- **lei s.**  
uersam diœcesim, Serenissimus Archi- **heim.**  
episcopus & Princeps Elector FERDI- **Bet-**  
NANDVS &c. contra fulgura, tempesta- **telho-**  
tes, & malignas strygum machinationes **nen.**

**Cara-**  
**uaca-**  
**na t.** statui iussit, Carauacanas dictas, ob si-  
militudinem cum miraculosa ea cru-  
ce, quæ Carauacæ Hispaniæjin oppido  
colitur.

L. 

## MOGVNTINO-COLO- niensis.

**N**ostribus Crucibus libet quo-  
que adnumerare illam, quam ex  
vbijs olim sponte sua Moguntiam mi-  
grasse, ac demum flammis absumptam,  
sub tempus belli rustici perhibent. De  
qua Serarius in hist. Moguntina cap.  
31.lib.1.

Ex Serarij Moguntia cap. 31.l.1.

Templum B. Mariae in campis olim voca-  
tum, nunc sanctæ Crucis, quia insigni S. Crucis  
miraculo nobilitatum. Et M.S. quidem minor  
in Archiepiscopo XVII. duplicem narrat Cru-  
cis imaginem, qua miraculo diuinitus illustra-  
ta sit: & vnam ait in templi testudine, quæ Mo-  
guntiam venientes nauitas ita sponte secuta sit,  
ut cum insisterebus insisteret, cum nauigan-  
tibus.